

## **De Probatis|| Sanctorvm|| Historiis**

Partim|| Ex Tomis Aloysii Lipoma-||ni, Doctissimi Episcopi, Partim Etiam||  
Ex Egregiis Manvscriptis Codicibvs, Qvarvm permultæ antehàc nunquàm  
in lucem prodiêre

Qvi ... Illas Omnes Complectitvr Historias, Qvæ Post Secvndam Sex  
Tomorvm Editionem ...

**Surius, Laurentius**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 ZV 1269**

XXVII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77432)

perto, auitum Longobardorum regnum fuerat adeptus: breuique moriens Luit-  
prandum filium successorem reliquit.

Constantinus Pontifex, cum adeo insigni calamitate Felicem Archiepiscopum, Rauennatusque affectos audiuisset, agre admodum tulit, minimeq; rem probauit, quod hominem in sanitatem restituiri, non tot calamitatibus affici voluerit. Postea Felix Archiepiscopus reliqua hæresi (vt Platina testis est) patriæ ac sedi restituitur, ijs Rauennatis ecclesiæ thesauris receperit, quos lusitanianus Cæsar habuerat. Ante quā in exilium pulsus esset, elegantissimo stylo plurima composuerat: atq; inter cetera in Danielis desolatione, quæ apud Mattheum Euangelistam habetur, luculentum commentarium: quem fæcere sui vix in columen seruauerunt: quod ipse libros omnes ab se scriptos, cum ob cæcitatem expolire, & absoluere non posset, antequam diem obiret, igni tradendos iussit. Collegit etiæ ad vnum, sancti Petri Chrysologoi conciones: quod oqus, magnam partem adhuc extat, cum commentariis & cetera perierint. Admirabili eloquentia concionari ad populum consue- uerat, tantaq; religione ac sanctitate post exiliū floruit, vt multa supra naturam prodigia ex ipso manarent. Exeunte enim illo Byzantij portam: quam ad vrbē, gra- tias Cæsari de restituta patria acturus, se contulerat: cum se quidam claudum simu- larerit, peteretque ab eo, opis sibi aliquid fieri, Cur te, inquit Felix, quod non es facis? Cur illudis? Surge, & seruos Dei irriderè n̄ velis. Alij à nauibus haud procū pœsto- labantur, vt ab eo, quem in egentes munificum, liberalemq; sciebant, pecuniarum aliquid elicerent. Quapropter consilio inito, ex socijs vnum in via iacentē consti- munt, cum affirmantes adueniam, ian mortuum, sequentes eo expectare auxilium, in quo sepultura tradi posset. Quamobrem vir sanctus palliū proiecxit, quo vestie- batur: mox abeunte illo, socium iacentem vocantes, vt surgeret, examinem ac verē mortuum inuenient. Hac Cæsar cùm resciuisset, Felicem iuberet ad se è naui accerifi- ri: summaq; veneratione excepto eo, impenetravit ab homine plurimum renuente, vt manu in formam Crucis deduxta, sibi benē precaretur.

Igitur Felix Archiepiscopus Rauennam regressus, post multas virorum sancto- ram reliquias, in Vrsiana æde pluribus locis honestissimè positas, pateras ex argento dono dedit: & supercilij arcum, cui & carmina inscriperat, & martyrum complures reliquias inclusarat, extruxit. Arcas pro aris, ex cupresso conficiendas curauit, i. ornata. psimque, vt appellant, salutatorium, vnde Archiepiscopi ad sacra solennia incho- anda, coram populo procedunt, erexit: regiasq; eianas, admirabili opificio carmi- ne exornauit. Tandem verò septimo Calendis Decembbris, ex hoc lachrymabili ho- spitio, caleitem in patriam profectus est, in numerumq; Sanctorum adscitus, & in D. Apollinaris Classensis, sepulcro ex marmore, ab ara diuine Feliculæ haud procū compositus. Praefuit Rauennati Ecclesiæ, annis circiter xiix.

## BREVIS MEMORIA MARTYRII SS. FACVN-

DI ET PRIMITIVI, VT HABETVR IN LVCI

Marinei Siculi, Regij historiographi, de rebus Hispani-  
æ, libro quinto.

**F**N Hispания præses Decianus, super ripam fluminis quod Seya di- cebatur, secus stratum, vbi erat idolum ad immolandum ei, mul- titudinem gentium congregauit. Erant autem non longè ab eo SS. Facun- dus & Pri- mitivius Christianissimi, qui noluerunt idolo immolare: & propterè accusati, apud iudi- cem, ducti sunt ad eum. Quos cùm multis ministris exhortatus fu- isset, vt idolis immolarent, responderunt: Nos quotidiè immo- lamus Domino Iesu Christo: & nobis optabile est pro eo pati. & sic usque ad mortem perseuerarunt.

27. Nouēb.

Pontifex Fæ-  
licem pre-  
nitenrem  
sug sedi re-  
stituit.

Opera eius  
vt petie-  
runt pro  
maiore par-  
te.

Sanctitas  
eius.

Novit se-  
creta homi-  
nū corda.

Ecclesiastici  
suum San-  
ctorum re-  
liquias ac  
variae vte-  
silibus ex-  
ornat.

Feliciter  
obit & san-  
ctorum ca-  
talogo ad-  
scribitur.